



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Quomodò quis moechatur, corde, ore & facto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

niter contingit: habent quoque benedictionem Deum quod secundum ordinationem & voluntatem Deum in legitimo statu sint nati: ergo cauenda est omnis fornicatio. Et Deus per Moysen praecepit Deut. 22: Non sit meretrix inter filias Israel, neque sit scortator inter filios Israel: hoc est Dei praeceptum, contra quod facere non licet. Et quanvis permittantur luxuriantia ob vitandum maius periculum, tamen non ut iustum defendi potest.

2.
Triplicis
adulterij
primum.

Secundum, est triplex adulterium siue luxuria, quae prohibetur: prima est cordis & in cogitatione, quae Christus prohibet Matth. 5. Si quis viderit mulierem alterius ad concupiscendam eam, id est, ea intentione, ut delectetur in cogitatione illa, is iam mœchans est in corde suo. Ideo licet mundus hanc mœchiam non videat, nec puniat, tamen eum Deus in celo despicit, cui omnia nuda & aperta sunt, Hebreos 4. punit hic & in futuro.

II. Deinde mœchia oris prohibetur, quæ fit cum quæ in honestis verbis alienam vxorem alloquitur, incitat, & verba luxuriosa & cantilenas facit, aut etiam inordinatis moribus, gestibus, ornatu meretricio, cuius placeat & prouocet ad luxuriam, sic moneta postolus Ephe. 5. fornicatio autem & omnis immoderata aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut de sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scanditas, quæ ad rem non pertinent &c. Matth. 12. In omni verbo ocioso, quod locutifuerint homines &

III. Postremo, ut nec opere perpetremus adulterium sed omnes continentem simus usque ad coniugium, sic commendatur prophetissa Anna Lucæ 2. quod virginitate sua vixerit cum viro suo annis septem & Tobiæ filius docetur a patre, Tobiae 4. Deinde, quis in matrimonio ad aliam accedat, sed seruet idem, quoad vixerit, & honestatē: nam lex matrimoniij non soluitur nisi post mortem alterius, Roma-

Est quoque furtum maximum, quod legitimi committunt, dum corporis sui ius non habeant viri, sed mulieres, & è diuerso, 1. Cor. 7. ideo se non debent defraudare, aut dare occasionem maligno. Sic exigit Deus, quod ex omni parte viuamus honeste & continenter, & cubile impollutum custodiamus. Ideo turpitudo non debet nominari in nobis, nedum perpetrari, Ephes. 5.

Tertio, tradunt sacræ literæ, quām grauis sit ira Dei aduersus hoc peccatum: quare maxima cæcitas est, nō timere æternas & corporales pœnas: causa diluvij fuit libido Gen. 6. Sodoma cōflagravit propter nefariā impuritatem, Gen. 19. Ciues Sichem interfeci sunt propter stupratam filiam Iacob, Genes. 34. deinde in deserto propter libidinem vna die 25. millia hominū perierunt, Num. 25. Postea vero tota tribus Beniamin deleta fuit propter stupratam Leuitæ vxorem, Iudic. 19. Filii Heli propter adulteria perierunt, 1. Reg. 2. adulterium Dauidi atque huius regno maximas calamitates attulit, 2. Regum 12. & ultimo Samsonem quoq; fortissimum meretricius amor captiuauit. Ostendunt pœnas huiusmodi flagitiorum etiā gētium historiæ. Troia propter adulterinum raptu Helenæ euersa est, Romana respublica tota mutata est propter oppressam Lucretiā. Aiut quoq; Constantinopolim ante captiuitatem horribilibus fœtribus pollutā fuisse. Certissimum enim signum est imminentis exitij Imperijs & ciuitatibus, quandò ad ipsa vitia accedit impunitas & contemptus peccati, sicut Esai 3. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt. Cūm talis est licentia peccandi, sciamus non procul abesse pœnas. Apostolus igitur cū primis mulieris conciones facit cōtra huiusmodi libidines, vt semper nullū aliud vitium plū carpsisse videatur, vt quod grauiter à Deo puniatur. Ephes. 5. fornicatio & immunditia nec nominetur in yobis, Gal. 5. opera carnis

Q. 2. nis